

Disputatio inauguralis de ambustis / [Johann Daniel Geyer].

Contributors

Geier, Johann Daniel, 1660-approximately 1735.
Franck von Franckenau, Georg, 1643-1704.
Universität Heidelberg.

Publication/Creation

[Heidelberg?] : [S. Ammon?], [1681]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hjkghqrr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

f. D. G.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

AMBUSTIS

QUAM

Triuno adspirante Numine
AUTHORITATE GRATIOSISSIMAE FACULTATIS
MEDICAE IN PERANTIQA
ATQVE ILLVSTRISSIMA
HEIDELBERGENSI,

PRAESIDE

VIRO AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO ATQVE
EXPERIENTISSIMO

DN. GEORGIO FRANCO,
PHIL. ET MED. DOCTORE P. P. ORD.
C. P. C. VNIVERSITATIS HVJVS PROCANCELLARIO,
S. R. I. NAT. CVRIOS. VT ET PATAVINAE REC-
PERATORVM COLLEGA, DOMINO FAVTORE
ATQVE PRAECEPTORE MAXIME
COLENDO

PRO


SVMMS IN ARTE MEDICA PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS


Solenni censuræ offert

JOHANNES DANIEL Geier/ Ratisbonensis,
Ad diem Aprilis. in Brabeuterio Vniuersitatis.
Anno clō 1oc LXXXI.

HEIDELBERGÆ,

Literis SAMVELIS AMMONII, VNIV. Typog.





PROOEMIUM

HDE, IGNIS, DOMINE! Hisce olim Persarum stultissimi sacrificabant ac escam igni porrigebant, nescio qua religione vel potius violentiæ formidine ducti, ei divinos attribuentes honorum cultus, idque tanta cum superstitione, ut non fulminantem Jovem sed fulmina ipsa venerarentur atque poppysmis adorarent. Quare etiam non secus ac Virgines Romanorum Vestales perpetuum servabant ignem, immo Regi in castris, quocunque expeditionem faciebat, præferebant, qui deinde mos ad Romanorum Imperatores delatus est, malumque rati omen esse, illum ignem si invenirent extinctum. Pari quoque modo vigeat hæc pyrolatria apud Romanos aliasque gentes: Ita Commodus Imperator Martiæ suæ omnes velut Augustæ indulgit, honores, sed ignem, quem Romanis legionibus atque barbaris præferbat phalangibus sacerdos πυροφῶς, anteposuit: Immo floret forte hodiernum illa consuetudo apud multos, qui, perperam interpretando metaphorice dictum MOISIS *Deuteron. 4. v. 24. & LEVIT. 6. v. 12.* hoc adhuc sub specie veri exornant edicto Apostoli HEBRAEORVM *12. v. 19.* Absit à nobis vana illa superstitionum religio, qui melioribus avibus ducti verum agnoscimus Deum, illiusque adjuvamine atque spiritu incalescimus, ut ita non possimus creaturam pro Creatore, finitum pro infinito adorare atque colere. Verum equidem est, infinitas ignem nobis præbere utilitates, dum fere tota nostra vita immo hoc universum consistat calore, illoque conservetur, totque insuper utilibus succurrat remediis, ut vix dentur meliora: Ast dum hæc omnia mecum volvo, nescio an Prometheo debeamus gratias aut illi culpam attribuamus, cum velut è pyxide Pandoræ (si fides fabulis) infinita inde etiam prodierint mala, tot tormenta, tot cruciatus, ac sæpe remedia ipso morbo ipsaque morte crudeliora, id quod vel ex hac ipsa de

STIS materia elucere potest, ut taceam tot in macrocosmo effectus satis funestos. Valeant igitur phantastici Persarum ritus, valeant Empedocles aliique Pythagorei vivicomburio immortalitatem acquirentes, valeat Agesilaus Themistoclis frater, ejusque constantia Mardonium, Regis Persarum Satrapen, pro Rege interimens atque errantem dextram comburens: Nos neque minimam corporis nostri partem comburendam trademus, sed potius curabimus quo modo ignis crudelitatem effugere aut mitigare queamus. Annue Deus!

CAPVT I.

DE NOMINE.

Etymologia nostræ præsentis materiæ satis nota est, quare super-
vacaneum fore duxi multa de illa proferre. Synonymice vocatur combustio, ustio, ἐμπύρευμα, quod tamen proprie denotat solum reliquias caloris febrilis post solutam accessionem, uti explicat GORRÆVS *definit. med. l. E.* ab ἐμπύρεω, comburo: illi vero qui combusti sunt dicuntur πυρεῖνοι GORRÆVS l. c. Germanis Verbrennung/verbrandte/der Brand. Homonymice vero sumitur vocabulum Brand Pathologis dupliciter, der heisse Brand/gangræna, quæ est caloris in partibus mollibus incipiens extinctio cum dolore vehemente, colore primo rubro, mox pallido tandemque nigro atque horrore, quæ omnia si sunt vehementiora sensusque partium omnis aufertur ossibus simul corruptis atque parte jam emortua vocatur Sphacelus, νέκρωσις, syderatio, der kalte Brandt. quod tamen non est hujus loci. Confer: de his BARBETT. *Chirurg. p. 2. c. 14. p. 133.* GORRÆVS *definit. med. l. c.* FALLOP. *de tumorib. p. 11. c. 26.* Ruricolis etiam denotat der Brand/rubiginem vel robiginem, uredinem, den schwarzen Meelthau/Græcis ἐρυσίβη, & nil aliud est, quam minutæ guttulæ decedentes ac frugibus instar farinæ aut pollinis adhærentes, quæ subsequente calore corrumpuntur, inde fit ut spicæ marcidæ putrescant & si leviter frientur in fœdissimum abeant pulverem v. WEITZ *in feriis Cereal. c. IV. p. m. 37.* hujus etiam fit mentio in sacris. ESAI. c. 18. v. 4. ut & VIRGIL. l. 1. *Georg. v. 150.* ubi ita canit:

Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis

Carduus, intereunt segetes subit aspera sylva

Lappæque tribulique — —

atque OVID. l. IV. *fastor.* in fine

Aspera rubigo parcas Cerealibus herbis

Et tremat in summa lene cacumen humo.

Hæc semina ita combusta *κερασβόλα* vocat COEL. RHODIGIN. *lect. Antiq. l. 16. c. 29.* Nonnulli putant uredinem esse vermiculos, quos repentinus calor ex semento imbris incluso producit, vel etiam in grano gignuntur, cum spicæ pluviis (vel ut Turnebus legit pluvius.) calor infervescit, uti vult PLINIVS *hist. nat. l. 18. c. 17.* Sed hoc non est, illos vermiculos hodie vocamus *Erdflöhe* / quorum generationem non à pluviis oriri sanioribus edocti rationibus à Fr. REDI tr. de infectis, aliter explicamus. Hæc uredo si accidat vineis vocatur carbunculus teste TAVBMANNO *in not. ad Virg. loc. sup. cit. p. no. 129.* Hinc factum est, ut apud Romanos certa invocentur Numina pro segetum incolumitate ac ubertate, immo ipso die VII. Kal. Maij ipsis Robigalibus celebrabant Robigalia, simulque ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum canarium instituebant augurium, rufæ immolabantur canes lactensque catulus, cujus exta thure & myrrha conspergebantur, teste OVID. l. IV. *fastor.* in fine. ubi ait

Flamen in antiquæ lucum rubiginis ibat

Extâ canis flammis, exta daturus ovis.

& paulo post :

Pro cane sydereo canis hic imponitur aris,

ut ita fruges flavescens ad maturitatē beneficio rufarum canū sanguinis perducerentur. Sed relinquamus has nugas cum canis non sit tanti caloris causa sed potius ingressus solis in Cancrī signū, ille quē æque nullam habeat virtutem in hæc inferiora agendi ac reliquæ stellæ. Plura qui hac de re velit, evolvet WEIZ. *feriar. Cereal. c. v. p. 47.* Robbigium in Robigalibus *c. 1. p. m. 2.* COEL. RHODIGIN. *lect. antiq. l. 16. c. 29.* Ego puto vitium esse à particulis vitriolicis calore subsequente agitatīs, fruges ita corrumpentibus incidendo atque nigrum colorem inducendo. Sed cum hæc sint extra pomœria nostra ea missa facimus atque ad nostrum scopum accedimus.

CAPVT II.

DE
DESCRIPTIONE ATQVE SVBJECTO.

Combustionem ita describimus; quod sit solutio continui in variis partibus e. g. cuticula, cute, carne, nervis, venis &c. cum inflammatione, dolore atque aliis, pro diversitate gradus, symptomatis concomitantibus, excitata à particulis igneis, pyramidalibus, pungentibus vel extra applicatis vel introrsum sumtis. Genus ponimus proximum solutam unitatem, qua sublata tollitur intemperies atque alia symptomatica, ut ita credam non posse combustionem referri commode ad morbos intemperiei cum hoc in casu illa dependeat à soluta unitate symptomatice; præterea semper fere adest intolerabilis summusque dolor, qui certe non simplicem mihi denotat intemperiem sed solutam unitatem, à qua unice dependet, ut nil dicam de causa satis forti ac valida, quæ ab vehementiam non inducit intemperiem sine solutione unitatis, uti forte accidit si leviter vel ad solem vel ad fornacem incalcescimus, simulque taceam quod absente jam intemperie ac inflammatione remaneat eschara, combustio atque ἀπόσπασμα.

Subjectum sunt vel partes externæ variis injuriis externis expositæ. Sic totius corporis combustionem in famulo tinctoris incidente in ahenum tinctura plenum curavit FABRITIVS. *de combust.* c. vi. Experimentur quotidie varii opifices, aurifabri, fabri ferrarii, coriarii, braxatores, tinctorum alique; vel etiam internæ e. g. viscera, quæ à variis positionibus possunt comburi, uti ab Aqua forti, Spiritu vini & aliis causticis ignem potentialem continentibus. Sic legimus ap. HENR. ab HEER. *obs.* 16. ubi quidam vitrum noctu pro Spiritu vini Aqua forti repletum arripuit atque satis largiter summa cum aviditate bibit, subsequente inflammatione, gangræna sphacelo œsophagi tandemque morte. Simile duabus puellis aurifabri accidisse testatur BORELLVS *c.* iv. *obs.* 28. immo membrorum etiam contracturam ex epota aqua stygia ap. BARTHOL. *act.* Hafniens. A. 1672. Vol. I. *obs.* 115. Potest etiam fieri à titione, ferro candente, sagittis ignitis &c. de quibus in causis. Sæpius à cibis satis avide deglutitis fauces aduruntur.

CAP. III.

CAPVT III.

DE DIFFERENTIA.

Differentiam combustionis quod attinet, multiplex illa est: alia enim est artificialis, uti Chirurgica per cauteria, in amputatione artuum, fontanellis &c. vid. GLANDORPII *Gazophylacium* & COSTAEVM *de igneis med. praesidiis*. quæ non est hujus loci. Alia præter naturam plane, uti nostra, illaque differt (1) ratione subjecti, partium nimirum vel internarum vel externarum. (2) ratione caussarum, estque vel ab igne actuali vel potenciali, fulmine, ferro candente, titione, aqua fervente, Aqua forti, Spiritu vini, calce viva, oleo fervente, pulvere pyrio &c. (3) ratione symptomatum, alia enim graviora alia leviora inducit. (4) ratione magnitudinis; alia enim penetrat cutim, alia musculos, alia ossa, alia pustulas excitat, alia non, alia cutim exsiccat atque elevat alia non. Confer. FABRIT. *de combust. c. 2.* BARBETT. *chirurg. p. 2. l. 3. c. vi.* BERTAPALIA *chirurg. tract. 2. de vulner. c. 19.*

CAPVT IV.

DE CAVSSIS IMMEDIATA ET PROXIMIS.

Ad causas jam progredimur illasque duplices statuimus vel immediatam vel proximas mediatas. Illam statuimus supra notatam solutionem continui a particulis igneis pyramidalibus, pungentibus &c. His annúmero Aquam fort. Spirit. Vini, atque ignem, illumque vel potentialem, uti in aqua stygia, Spirit. vini &c. uel actualem, uti ignis noster culinaris, &c. quæ specialius examinasse juvabit, ut eo melius eorum naturam cognoscamus atque opem ferre queamus. Occurrit primo ignis, sine quo revera vix potest fieri combustio, cujus varia exempla v. ap. FABRIT. *c. 2. obs. 77.* de quo dicimus, esse congeriem particularum tertii elementi pyramidalium atque acutarum ope globulorum æthereorum simul cum immixta materia subtili celerrime inter se motarum nervos nostros afficientium: Ex quo patet ignem consistere in certo particularum motu, uti ejus effectus probant: videmus enim scintillas in flamma volantes sine intermissione moveri, corpora quoque in su-
am

am naturam ignem redigere, calcinare &c. immo nisi adsit tanta copia, quæ vel luce vel motu sensum nostrum afficiat minus proprie ignis nomine insignitur. Hunc ignis motum possumus accelerare & corroborare, si non solum molles particulæ æthereæ atque tertii elementi undique repellantur & subtilissima ramenta solummodo confluant, uti fit in percussione silicis & chalybis aliorumque corporum, verum etiam cum multas istorum globulorum pressiones congregamus, ut junctis viribus uno in puncto agentes excitent motum vehementiorem, uti accidit in vitro convexo, *Brenzlâsern* / speculo concavo soli obverso. Eundem motum etiam possumus infringere si nos muniamus variis externis aut ignem extinguamus. Omnis autem effectus primario dependet à motu & figura ejus: A motu est, dum flamma collecta solidas partes à re combustibili continuo consumit, adversus externas aëris injurias ut conservetur necessario aliæ debent succedere in earum locum, vi legis immutabilitatis naturæ, qua res manet in eo statu in quo est, & agit quod agere jussa est, nisi à causa aliqua externa fortiori impediatur, atque inde est quod ignis indigeat pabulo, materia nimirum ad urendum apta, hoc si fieri nequit, talisque materia desit, ab aëre exteriori corrumpitur, excutitur, evanescit atque abit in auras. Ita quoque videmus ex parva scintilla oriri posse maximum incendium, si nimirum ignis vel congregatus in exigua quantitate conveniens invenit pabulum, illud consumit crescendo, dum partim in suam transmutat substantiam, partim etiam materiam tertii & secundi elementi propellit atque à se invicem jungit, ut globuli ætherei eo melius congregentur atque in ignem convertantur. teste *CARTESIO. p. 4. princ. philos. p. m. 177.* A Figura vero est dum pro vario motu varie pellitur, figura sua pyramidalis partes occurrentes diversas, incidit, attenuat, liquefacit, condensat, dissipat, cinefacit, urit, ebullitionem efficit. Quod autem illa figura sit pyramidalis atque acuta probant ejus effectus in dissolutione corporum atque molestus motus in nostris nervis excitatus & à mente perceptus. Confer *le GRAND. hist. nat. partic. 7. p. 189.* Sic ignis urit, cum partes corporis unitas disjungit, figura sua pyramidalis atque celerrimo particularum motu nonnullas secum aufert, atque ita corpus reddit ficcius in qua ablatione consistit ultio. Sic ignis ebullitionem efficit cum corpori liquido inclusus viam non habeat per quam exeat, sed continuo movetur ac simul partes proxime adjacentes comovet,

mover, ut taceam jam alios effectus minus ad nostram materiam conducentes.

Considerato ita igne actuali pergimus ad potentialem ubi invenimus Aquam fortem, cujus magna est varietas apud autores in compositione; differt ratione effectuum: communiter fit è salibus mineralibus Vitriolo, Nitro, Ammoniaco, Sale. cujus descriptionem vide ap. SCHROED. *pharmac. l. 3. c. 23. p. m. 143.* le GRAND. *hist. nat. p. m. 223.* ZWELFER in *Append. ad animadvers. f. m. 54.* Omnis tamen resolvit, erodit, atque causticam possidet vim, quod accidere credo, dum salia illa particulis suis acutis atque figura angulari feriunt corporis nostri partes molliores, subtiliores, eas incidunt, findunt ac scindunt, dumque sanguis ad has partes cum spiritibus pervenit, legitimo modo circulari nequit, sed turbatur, ex varia commotione inflammatur, unde illarum læsio, gangræna, usque tandem propter nimiam exaltationem spiritus resolvuntur, emoriuntur atque abeunt in vappam, unde Sphacelus ac tandem mors sequitur, nisi in tempore occurramus remediis satis aptis. Non mirum igitur puto quod has partes molliores ita afficiat cum quotidie aurifabrorum operationes demonstrent illam varie præparatam solidissima solvere metalla, aurum, argentum, plumbum &c. quæ solutiones probant vim harum aquarum unice dependere à salium particulis rigidis, probant etiam alia menstrua in quibus inveniuntur hæ particule, utpote acetum, synovia betulæ; probat quoque historia supra citata ex HENR. ab HEER. ubi œsophagus fuit syderatus deprehensus, quod & aliis accidisset partibus nisi in tempore fuissent adhibita medicamenta convenientia, frigida ex mucilaginis aliisque. Confer. BORELL. *l. sc.* PARACELS. *chr. magn. l. 1. tr. 3. c. vii.*

Sic quoque Spiritus vini potest adurere ipsas partes molliores ac sensibiles, uti etiam aromata nimium ingesta quæ sanguinem inflammant atque adurunt particulis satis acutis atque mobilibus, immo mortem inducunt, uti de Spiritu vini testatur atque frequentius accidere ait in Russia OLEARIVS *Persisch. Reish. l. 3. p. m. 195.* ibique exemplum Legati alicujus Regis Sueciæ A. 1608. in Persiam missi atque ita interemti refert. & *l. 4. l. c. p. 426.* etiam Nobilis cujusdam Sumachie ita mortui narrat simile, aliosque ex ejus nimia iurgitatione morbos atque effectus v. ap. HENR. ab HEER. *obs. 17.* Nimium scimus partes Spiritus vini maxime inflammabiles esse

propter sulfur satis copiosum atque subtile quod continet, adeo ut vix admota flamma concipiat illam atque ardeat, immo videmus quotidie atque experimur, ex potu illius corpus nostrum incallescere, sanguinis motum fieri celeriores, quæ omnia denotant naturam calidam, inflammabilem ac sufficientem ad spiritus accendendos, qui si justo plus urantur, abeunt in vappam; unde etiam est quod multi ex nimia atque larga vini generosissimi ingurgitatione fuerint facti hydropici, qui per totum vitæ spatium vinum pro potu sumserunt.

Pertinet hac calx viva quæ satis fortiter etiam comburit, uti observavit BORELLVS C. IV. *obs.* 30. si aqua aspergatur, quia ita ejus pori adaptati sunt, ut partes aquæ soli primo elemento septas recipiant, adeo ut globulis æthereis expulsis sola remaneat materia subtilis illaque dominetur, unde effervescencia atque adustio. Confer. CARTES. *princip. philos.* p. 4. p. 174. Quod simili modo observamus in Spiritu Vitrioli atque oleo Tartari permixtis. Sic sanguis humanus, simus equinus incalescit atque aduritur.

CAPVT V.

DE CAVSSIS REMOTIORIBVS

Offerunt sese jam causæ mediatae, remotiores, illasque duplices statuimus vel distantes uti fulmen mediante aëre, sclopetum secundum quosdam &c. vel propinquiores, ut aqua fervens, ferrum candens, pix, oleum &c. de singulis seorsim.

Fulmen mediante aëre ac sulfure in eo contento atque cortici incluso à sole accenso partem, quam ferit, adurit. Est autem fulmen accensio fumi sulfurei ac nitrosi ab interceptis nubibus cum fragore ac coruscatione erumpens. Hic fumus dependet ab exhalationibus Sulphureis è terra mediante radiorum solarium refractione & calore subterraneo propulsis, quæ inclusæ atque à calore agitatae in superiore aëris regione subsistere nequeunt, sed erumpunt qua data portâ, quæ ita protrusæ obvia corpora combustibilia comburunt, idque vario modo pro diversitate fulminum, quam videre potes ap. SENECA. l. 2. *Q. N. c.* 45. & 52. *segg.* qui ibidem ait, sulfur crassum causam esse quod urat, per hoc homines ac domus, infuscantur adeo, ut vestigia expressa inhæreant percussis, hocque accenduntur

pagi, urbes, domus. Sic de *s. messoribus* refert *CARDANVS l. 8. d. var. rer. c. 43.* in insula Lemno qui sub quercu cōdebant fulmineque percussi, pristinū retinuerunt situm, ita ut unus videretur edere, alter bibere, alter ori poculum adhibiturus & c. & quia plane denigrati fuere. hat man sie schier vor Götzen gehalten. v. plura exempla fulminis ap. *FABRIT c. 3. obs. 26.* *IONSTON. thaumatogr. class. 3. c. v. p. 113.* *Ridicula ap. BORELL. c. 2. obs. 38.* *FRANCISCI. Lustiger Schaubühn / p. 210.* *CAROLVM in not. ad AGELL. l. iv. c. v. p. m. 251.* *RVPERTI in not. ad. SALVST. p. m. 187.* *AVENTINVM. l. 7. hist. Bavaric. A. 1348.* Nobis ex hac varietate incumbit tractatio unius comburentis, quæ interdum cum vulnere à lapide tonitruali (ut aliqui opinantur) aut etiam flamma; interdum sine vulnere cum combustione fit, uti testatur *CAMERAR. memor. C. XIII. §. 43.* Tripliciter autem communiter agit, aut levi injuria afflat, aut comburit, aut accendit. Si igitur particulæ nitrosæ prævaleant non fit accensio sed solum combustio, quia nitrum impedit quominus possit concipere flammam & plerūq; fit cum sonitu atque fragore, secus vero ubi sulfur excedit; quod sulfur ut sit satis narcoti cū atque fixum, non possum tñ. exinde concludere esse venenatum, uti vult *PAREVS l. x. chir. p. m. 247.* aliique autores permulti, idque ob hanc rationem fieri asserunt, quia pestem aliosque morbos venenatos inducit illis corporibus in quibus nullum invenitur venenum; immo ne quidem à bestiis carnivoris illa comeduntur teste *SENECA. l. f. c. c. 53.* Verum cum illi etiam affirmant illis corporibus in quibus venenum deprehendit, illud auferre exurendo ac nocuam qualitatem consumendo, merito non agnoscimus hoc ac potius credimus si venenum inveniret, quod etiam adderet, si esset venenatum, sentiente *MAZZOTTA l. 1. de meteor. igneis. p. 25.* præterea impossibile est ut effectus edat corpus quos non habet, illosque diversos simul uno eodemque tempore. Si quis autem est effectus pestifer illum potius per accidens fieri credo quatenus corrumpitur atque depravatur sulfur emissum.

Pergimus ad combustiones à sclopetis factas, quas nonnulli statuunt nonnulli negant. Affirmat contra *LAVR. JOVBERT. QVERCETAN. in Sclopetar. c. 1. p. m. 22.* idque ait nobis indicare si ve sicatio adsit, excoariatio, dolor mordens, siccitas, cutis contracta ac indurata, vestium adustio, ægrique relatio. *Id. l. c. c. 2. p. m. 31.* similiter etiam *PARACELS. l. 1. chirurg. magn. tract. 3. c. x. p. 53.* ubi ait. Weiter ist noch

ein arth des Brands welche ist / so die kugeln in das Fleisch kommen / welche lang liegen biß sie erkalten / und ob sie gleichwohl kein Büchsenpulver mit tragen oder bringen / so ist doch der Brandt von derselbigen Art und von Metallen / und ist ein harter Brand. Huic sententia adstipulatur *CARDILVC prax. chymiatr. Hartman. p. 1059. Dum ait: potior noxa vulnerum bombardatorum ab uredine seu ulti-one proficiscitur, quam glandes carni inferunt explosæ &c. ubi addit quibus omnibus imprimis autem uredini prudens Medicus occurrere eamque extinguere & extrahere debet, incendit enim partes adjacentes, carnem nigrefacit & ad corruptionem disponit. Verum huic sententia contrarius est PAREVS l. x. chir. apol. 1. § 2. p. 242. ubi ait, glandes tantum calorem non posse concipere ut causticorum obeant munus; si enim incandescerent colliquescerent, formamque amitterent, quod falsum, quia si glandem ceream intrudamus non liquefiet in explosione, quod tn. deberet fieri, ut taceam exiguam illam moram in pulvere pyrio accenso, immo neque charta neque cera, si transit, neque vestimenta quæ prius occurrunt liquefiunt aut comburuntur, nec etiam plumbum liquefactum urit titivilitio superfluum teste experientia. v. CAMERAR. C. 13. §. 27. memorab. consentit Pfizer in seinen wunden Urtheil l. 1. c. 8. p. m. 27. ubi ait: si verum est warum verbrenen sie die Kleider an dem Menschen / oder die Wollensäcke der belägerten Bestungen nicht? Nobis volupe est exercitii gratia stare à partibus negantium cum ipsa combustio debeat dependere vel à globulo vel à pulvere pyrio accenso. vel etiam à motu: à globulo non potest esse cum ille sit frigidus & siccus, atque ita quod non habet dare nequit, à pulvere pyrio accenso non, quia uti cito fit ita cito perit, dum unicum granulum nitri accensum centies majorem occupat locum ac est, non secus ac aqua in vapores resoluta, si igitur tanta adest dissipatio atque particularum nitri propulsio, necessario etiam sulfur ac cum ipso flamma propellitur ac cito evanescit. A motu non, quod tn. asserit LVCRET. l. 6. vers. 176. ubi canit,*

— — — ut omnia motu

Percalecta vides ardescere; plumbea vero
 Glans etiam longe cursu volvenda liquescit.
 quod etiam de sagittis affirmat BORELLVS c. iv. obs. viii. qui in patria ferrum motu excandefactum vidit, dum nimirum motu continuo

tinuo atque satis forti materiam secundi & tertii elementi propellimus atque ita globulis æthereis ac solaribus concedimus liberiores in poros ingressum. Confer. CARTES. *part. 4. philos. princip. p. 172.* CAME-
RAR. *memor. C. XIII. §. 30.* Sic olim Romanorum Pontifex Vestæ ignem, cæsis prius Virginibus, extinctum rursus accendebat si fides fabulis. Scio equidem ex eadem ratione ferrum lima tritum aliaque corpora attritu calefieri, sed requiritur motus, qui hic deest, continuus; videmus enim statim eo ipso momento quo flamma conspicitur etiam globum per cannam exiisse atque metam attigisse sonitu longe percepto; & utut calefiat ferrum tamen non potest tantum concipere ardorem, ut adurat, cum illud quod de sagittis afferunt fabulosum sputo. Confer. NICOLAI. *disp. de vuln. sclopet. Argent. A. 1675. c. vi.* Per accidens tamen concedo posse comburere, si nimirum aut ipsa flamma corpus attingat, vel globulus aliqua materia inflammabili, uti impii incendiarii norunt, sit inunctus aut involutus, quæ flammam conferret ac deferat atque ita concludimus neutiquam attribui posse globulis per se sed solum per accidens.

Consideratis hisce ob materiæ convenientiam obvenit combustio ex pulvere pyrio. Hic pulvis inventum Germanorum est teste P. BEMBO *Hist. venet. l. 1. p. m. 29.* FORCATVL *de Gallor. Imper. l. 4. p. m. 284.* Innotuit primo A. 1378. alii ponunt. 1354. alii 1343. v. PINCIER. *l. 3. anigm. 24.* inventore Berchtoldo Schwarz chymista, de quo ita loquitur PINCIER. *l. 6.*

Dum parat humano generi chymista medelam,
Sulfura Mulciberis vi sale mixta coquens
Mulciber ostendit mortalibus acre venenum
Quo nullum leto corpora plura dedit
Quæ latuere alios, Münsterus nomine ponit
Berchtoldumque vocat, nomine reque nigrum.

Nisi forte illum veteribus fuisse notum dicere velimus, uti forte possemus desumere ex VIRG. *Aeneid. vi. v. 585.* ubi canit:

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas
Dum flaminas Jovis & sonitus imitatur Olympi.

Conficitur autem hic pulvis ex sulfure, nitro atque carbonibus tiliæ
 qui fuerunt solum additi in gratiam inventoris prædicti Bertholdi
 Schwarz/ ut ita inventum conveniret cum ejus nomine ratione colo-
 ris, uti vult Sigismund von **WIKEREN** in seinem Spiegel des
Erzhauses Oesterreich l. 3. c. x. p. m. 358. aliique sed ego potius credo
 ad mistum fuisse carbonem ut particulæ sulfureæ, ramosæ cum nitri a-
 cutis eo melius conjungantur, v. hac de re **CARTES.** *princ. philos.*
p. 4. p. 179. Nonnulli aliquantulum Spirit. vini admiscunt. Hic pulvis
 ratione sulfuris comburit, si ignis admoveatur, ratione vero nitri sonum
 edit ac propellitur. An autem illa combustio sit venenata disquiritur: af-
 firmat **Joh. VIGO.** *chirurg. p. 2. l. 1. de vuln. venen. ap. PAREVM* l. x. *chirurg.*
apolog. 1. § 2. qui ibid. rectissime p. m. 244. negat, cum nihil eorum
 quæ ipsius ingrediuntur compositionem venenatum existat, ac quotidie
 & sulfur & nitrum vel extra vel intra corpus nostrum assumamus, sive
 deinde præparemus sive uti natura dedit adhibeamus. Interim tamen
 non nego sæpius id fieri à maleferiatis hominibus qui & globulos &
 pulverem veneno inficere norunt, vel etiam experimur sæpe ob ca-
 cochymiam corporis aliquam caoëthian & contumaciam illamque sæ-
 pe tantam ut ipsis causticis subvenire debeamus. In hoc igitur non
 possum consentire quod **PAREVS** l. f. c. *apol. 2. p. 246. neget* quod pos-
 sit glans infici veneno idque ob ignem qui dissipet siquid esset affusum,
 quodque conatur probare Rothomagensi obsidione, cum quotidiana
 experientia contrarium doceat, & licet in obsidione illa non fuerint
 venenati ac tamen immedicabilia vulnera post se reliquerunt, proinde
 tamen non statim est concludendum quod non possit fieri, cum forte
 aër, cibus aut alia, quæ ad consolidandum vulnus sunt necessaria, fu-
 erint in caussa, ut evaserint cacoethica illa vulnera. Neque me movet
 sententia **Alph. FERRI** l. 1. *de sclop. vuln. c. 4. ap. PFIZER.* in seinem **Wun-**
den Urtheil l. 1. c. 8. p. 25. qui ait vel ex hoc posse cognosci ipsius vul-
 neris per pulverem hunc facti venenatam naturam, quod ejus labia a-
 deo facile nigrescant, immo symptomata morbis venenatis convenien-
 tia etiam hic superveniant & quod magis est gangræna ac sphacelus non
 raro subsequantur, exinde etiam esse quod alexipharmaca profint atque
 tota cura rectè uti venenatorum instituat. Verum rectissimè cum
PAREO l. c. negat ipse **PFIZER.** l. c. cum symptomata maligna de-
 pendeant à conquassatione globuli & neququam à pulvere pyrio, dum
 ipsæ fibræ, venæ & arteriæ partis ad nutritionem destinatæ infringuntur
 atque

atque aliter efformantur, ita ut illa necessario deficiat, unde si sanguis & spiritus appellunt illas ad partes, viam non inveniunt, effervescent abeunt in vappam unde gangræna Sphacelus & nigredo labiorum vulneris: Quod autem prosint alexipharmaca, credo utiliter illa adhiberi, sed potius ob obstructions varias vel etiam sanguinem, uti diximus, corruptum, atque ita profunt per accidens. Vt autem omnem plane suspicionem veneni antevertat, PFIZER. *l. c. p. 28.* ait: illa ad compositionem pulveris pyrii ingredientia potius resistere veneno atque probat experientia & auctoritate DIOSCORID. *mat. med. l. v. c. 73. § 78.* ubi simul ex PAREO *l. c.* affirmat milites ita vulneratos utiliter assumere ꝑj. hujus pulveris ad præcavenda graviora symptomata.

Succedit jam ferrum candens, quod, uti omnia metalla, vehementissime urit, superat tamen hæc omnia aurum, quia partes ejus æctæ inter se complicantur, ignemque ob hoc diu fovent, porique ejus adeo sunt exigui ut soli materiæ primi elementi dent ingressum. Excandescit autem ferrum dum partes ignis poros ferri subeunt atque ita ejus substantiam augent, quod manifeste videmus ex vulnere illato, quod semper majus est ac ferrum; præterea possumus id explorare si baculum ligneum ejusdem magnitudinis efformemus atque adaptemus ipsi ferro jam ignito, videbimus esse dissimilem, idque quia particule ignis sunt in perpetuo motu quæ latera ferri extendunt. v. le GRAND. *hist. nat. p. 1. art. v. p. 19.* Mirabile tamen est quod ferrum, utut excandescat, tamen non totum sit ignitum uti nec vitrum totum pellucidum; nisi enim adessent partes crassiores atque opacæ quæ ignem atq; radios reflecterent non observarem quod sit ignitum; Inde etiam est quod ærem non videamus quia radii ubique libere possunt permeare, neque etiam ignem posset retinere ferrum nisi resisterent hæ particule opacæ. Nec est quod nobis objiciat quis poros esse satis exiles in ferro immo nullos, cum ei statim appareat contrarium in magnete, qui non possit pellere ferrum nisi detur introitus materiæ striatæ. Vrit autem vehementissime ferrum, quia ejus partes sunt satis rigidæ, angulosæ, ac proinde si accedant ipsius ignis pyramidales fortiter impingunt in subjectam partem atque continuum solvunt, eomite dolore gravissimo pungitivo, inflammatione aliisque symptomatibus gravioribus.

Similiter fit aqua fervens, alio tamen modo urit. Effervescent dum partes igneæ subeunt poros aquæ ejusque partes commovendo à se invicem divellunt, ut majus spatium requirant, quia ab ingressa materia

subti-

subtili augmentur, quod videmus in cacabo aqua ebulliente semipleno. Omnis autem fere urendi vis dependet ab igne, cum ob particularum flexibilitatem aqua fere nil contribuat, secus ac in ferro, ubi earum rigiditas auget solutionem. Oleum eodem modo incalescit, sed cum habeat particulas ramosas variis hamis uncinisque inter se repentes materiam subtilem intropulsam tenaciter retinet atque ita vehementius urit quam aqua, immo ob hoc ipsum difficulter etiam empyreuma potest evocari; id quod vel quotidie videmus in cibis mensæ appositis, ubi alii diutius, uti pultes alii citius calorem deponunt. Huc potest referri sapo fervens qui eodem modo agit ac oleum; v. FABRIT. *de combust. c. vi.* Patet igitur ex supra dictis cur ignis in quercus lignis calidior sit quam in palea ac butyri ferventis periculosior quam aquæ. Possumus hoc modo varias causas pro diversitate materiæ, e. g. titionis, carbonis, cinerum calefactorum naturam atque effectum explicare, quod nimis longum foret.

CAPVT VI.

DE

SIGNIS DIAGNOSTICIS.

Variant hæc signa pro ratione causarum, symptomatum ac graduum. Gradus vulgo sunt tres quos describit FABRIT. *de combust. c. 3.* Primi gradus signa sunt, cutis rubedo, dolor acerbus pungitivus, locus inflatur, ulteriorem nobis dabit notitiam ratio ægri atque inspectio causæ, quæ si forte non satis arcte externe admota aut non satis fervida, aut consistentiæ levioris fuerit, tunc non potest fieri profunda combustio. Plerumque in causa sunt aqua fervens, pulvis pyrius, scintilla ignis, linum, stупpa stramenve accensa uti ait CARDILVC. *prax. Chim. Hartm. p. 1062.*

Secundi gradus signa sunt recensita vehementiora, materia aliquamdiu attingat corpus, satisque crassa fit, uti butyrum, vernix, ligna, sebum, olea &c. statim pars inflatur, rubescit, dolet, unit & ipso momento pustulæ elevantur, æger conqueritur de tensione cutis. FABRIT. *de combust. c. 3.* confer CARDILVC *c. 3. l. c.* Quæ omnia hunc gradum excitantia, utut eodem modo ac aqua fervens incalescant, tñ. propter particulas ramosas ignem includunt atque diutius servant, unde gravior combustio.

Tertii.

Tertii gradus sunt signa, si cuti res ignita adhæreat statimque pustulæ excitentur, subjecta cutis nigricat, sensusque nullus adsit, cuncta exsiccata ac dura, hæc si decidat ulcus profundum ad putridum adest. v. FABRIT. *l. c. f.* at plurimum fit à metallis, chalybe, auro, stanno &c. quia in his non solum ignis sed & particulæ metalli agunt atque continuum solvunt. v. CARDILVC. *l. c. f.* omnes autem ignis actualis species combustionum à variis causis externis dabit relatio ægri, si modo illæ sint manifestæ, quæ etiam pro magnitudine effectus his tribus gradibus possunt accenseri. Cum tn. sæpius accidat ut veliterfacientes vel alio in loco solitario inveniuntur vel mortui vel læsi, & nesciamus an à fulmine vel alia rei factum sit, ita ut nullum vulneris vestigium aut alterius mortis adsit comminuta tn. sunt ossa interna atque con fracta, vel etiam si adsit combustio, tunc inquirendum est an præcesserit tempesta, hoc si est & adsunt indumenta coloris cœrulei, bleu mourant aut feulie mort, partes nigræ ex rubedine ac si pulvere pyrio fuissent combustæ, uti exemplum habet TREVBLEP EPHÈM. *Germ. A. 2. obs. 37.* stria porro subfusca, tacti si adhuc vivunt sentiunt dolorem, levem febriculam & non semper infatuantur teste CVM-MIO *Ephemer. Germ. A. 3. obs. 182.* quod vero fieri ait atque probare conatur historia avunculi P. ZACCHIAS. *quest. med. leg. xv. lib. 2. tit. .i §. 4.* adest præterea odor gravis ac sulfureus, tunc certo possumus pronunciare illam combustionem esse à fulmine. Confer PAVL. ZACCHIAM. *quest. med. legi xi. lib. v. t. 2. §. 7. seq.* FORT. FIDELEM. *relat. med. l. 4. c. 4.* BORELL. *l. 2. obs. 38.* Quod CVM-MIVS *l. c. f.* addat dolorem vehementem, puto illum non semper adesse, & non nisi in fulmine haud efficaci: cum enim sulfur sit summum narcoticum ad nervos perveniens illorum fibris firmiter inhæret atque impedit, quo minus mens nostra motum inimicum ac naturæ contrarium percipere queat. Differt autem fulmen in effectu ratione coloris: si enim est sulfureum, efficit cœruleum, si constat ammoniaco viridem, si marte crudo buxum, si pice atrum, si camphora lacteum, si pice Græca, rubeum uti tradit TREVBLEP *Ephemer. Germ. A. 2. obs. 37.* Alii alia fulminis signa proferunt, & dicunt corpora illa non putrescere ob sulfuris vim cadaveribus communicatam & exsiccationem à fulmine conciliatam: (Inde phaethon poëtarum de cœlo tactus manet incorruptus, inde Romuli immortalitas) sed recte dubitat de his ZACCHIAS *l. c. p. m. 322. §. 9. credo equidem im-*

pedire sulfur quo minus possit corpus tam cito corrumpi, sed quod plane sit incorruptibile, hoc est quod nego, cum quotidie videamus ipsum sulfur depravatum. Alii addunt ita læsos semper cadere super illam partem quæ combusta est; alii ajunt quod dormientes icti reperiantur oculis apertis, vigilantes vero clausis. *PLIN. l. 2. c. 54.* quæ tu. omnia magis fabulam redolent quam veritatem, cum & iidem ex falsa hypothese affirmant dormientes esse immunes à fulminis ictu. Si cum vulnere est combustio potest cognosci ex frigiditate labiorum v. *PLIN. l. 2. c. 54.* si vero quis comburatur in conclavi solus, partim deprehendi potest ex jam dictis, partim etiam ex circumstantiis externis, utpote aëre, qui ob particulas sulfureas, ramosas ita spissus ac nebulosus fit ut vix respirare liceat. teste *TREUBLER. l. c.*

Cognita jam natura ac causis combustionis consideranda veniunt symptomata, quæ sæpius graviora afferunt negotia ac ipse morbus. Offert sese primo maximus ille Medicorum fautor sine quo non esset expectandum sostrum, dolor nimirum, qui excitatur, dum pro varietate causæ varie etiam læduntur fibræ nervorum illarumque continuitas solvitur, quem motum ita continuatum atque fatis fortem dum mens nostra percipit, judicat illum esse naturæ contrarium atque à causâ p. n. dependere: hic motus perficitur beneficio nervorum atque spirituum animalium, qui cum sint maxime mobiles ac per consequens phantasia semper occupata, necessario etiam simul adest inquietudo, quæ si fuerit satis fortis ita ut nervi inde possint commoveri, fit convulsio. Si vero hi spiritus manent in partibus vicinis efficiunt effervescentiam, rubedinem, inflammationem, atque si ita accensi ad cor progrediantur oritur ejus motus celerior & frequentior ac per consequens febris, ein *Wundensieber* / qui motus si satis vehemens, turbatus ac velox sit inducit animi deliquium, syncopem, nonnunquam mortem. Gangræna accidit, quia spiritus per poros, fibras ac vasa ordinaria rite non possunt circulari, sed subsistunt, inflammati ebulliunt, excitant dolorem, tumorem, ruborem, sique diutius ita exercentur resolvuntur ac abeunt in vappam, unde cessat debita partis nutritio, fit livida, fusca, nigra, cessat sensus & cum eo vita; unde *sphacelus*.

Pustulæ, si levior sit combustio, fiunt si calor intropulsus non inveniat commodum locum in quo possit hære, spiritus magis resolvit, lympham ac serum ad externas pellit partes, ut intra
cutim

cutim & cuticulam hæreat; unde ejus elevatio, non secus ac si vesicatoria cuti essent applicata, aut cucurbitulæ.

Quod autem communiter statuunt auctores fieri affluxum majorem humorum propter attractionem, non possum credere verum esse. (1.) quia non fit attractio nisi corpus corpori sit alligatum (2) etiam non fit major ac in statu naturali, quia sanguinis motus circularis non fit absolute ad hanc partem; Sed quod in tanta copia adsint humores, est, quod fibræ ac viæ sint p. n. dispositæ, quare non rite possunt circulari, sed semel allati, ibi hærent, & nisi per canales subterraneos refluant flumina facile augetur mare, uti etiam hic, ubi quidem humores affluunt, sed non refluant, ac propterea videtur major affluxus.

CAPVT VII.

DE SIGNIS PROGNOSTICIS.

Prognosis potest desumi à magnitudine causæ, corpore læso ac symptomatis concomitantibus. Sic levis facile curatur & non remanet cicatrix, contra vero magna, quæ nonnunquam letalis, teste *FABRIT. Et combust. c. 4. Et C. IV. obs. 94. Paracels. l. 1. chirurg. magn. tract. 3. c. x. p. 53.* Immo quamlibet combustionem vix aliter sanari posse nisi remaneant deformantes cicatrices ait *CARDILVC. prax. chim. Hartm. p. 1062.* idque fit quia cutis & carnis fibrillæ plane aliter efformantur ac erant ante solutam unitatem. Corpori cacochymico si accidat facile in uleus fœdum ac malignum abit, teste *FABRIT. de combust c. 1. Et 4.* id quod evenit ob depravatam serum lymphæque affluentis acrimoniam, ac humorum corruptionem, qui dum continuo affluxu partes vellicant, atque ibidem stagnant nutritionem reddunt ineptam ac depravatam: inde etiam est quod hydropicorum vulnera sint fere insanabilia, & propterea in paracentesi magna circumspeditione opus est.

Periculosa est oculorum, ciliorum, intestinorum, inguinum aliarumque partium maxime sensibilium, partim ob earum tenuitatem partim ob earum constrictionem, ubi vasa per se satis exilia plane comprimuntur, ita ut nutritio fieri nequeat, inde sequitur atrophia, sæpe si majora attingat vasa gangræna ac sphacelus teste *FABRIT. Et combust.*

Periculosa quoque est si accidat musculis ventris , quia sunt in perpetuo motu ob impulsum aëris ad respirationem necessarii. Si accidat parti capillatæ eam reddit glabram ob constrictionem pororum cutis, ut pili instar plantarum crescentes erumpere non possint. v. BORELL. *c. 2. obs. 38.* Si nervos vellicet potest super venire convulsio , quæ letalis teste HIPPOCRATES. *f. v. aph. 2.*

Periculosissima omnium vero statuitur illa quæ est à fulmine quia non potest exstingui teste PARACELUS. *l. 1. chir. magn. tr. 3. c. IX.* ita ut omnia animalia solo contactu occidere ac hominem vix unquam evadere posse testetur PLIN. *l. 2. c. 54. hist. nat.* CARDAN. *de subtil. l. 2. p. m. 32.* idque esse ideo quod in se habeat facultates quasdam supra naturales , ait FABRIT. *de combust. c. 1. § 14.* hinc veteres fulmina adorarunt. Quod tamen absolute verum esse nego cum sit res naturalissima : scimus equidem Deum omnium rerum dominum esse naturalium , at si ita velimus , omnia etiam essent supernaturalia ; præterea si Deus permittat quotidianus mihi panis potest esse loco veneni. Quod vero ut plurimum sit letalis atque omnem nobis adimat *ἐπιβιωσέως* spem uti vult BARBETT. *chirurg. p. 2. l. 3. c. IV. p. 204.* atque CARDILVC. *prax. chim. Hartm. p. 1062.* alique passim , non puto esse à pestifera vi , uti vult CAMERAR. *c. XIII. §. 49.* sed potius quia sulfur tenaciter ob particules ramosas partibus inhæret , sicque si causa difficile potest tolli , multo magis caustum. Multum hoc in passu efficit metus atque consternatio , ubi spiritus satis turbato motu obruuntur , ac ita nonnunquam verum fit etiam Medicis illud Grammaticorum , *fyncope de medio tollit* : inde fabula vulgi forte etiam posset habere locum quod dormientes non lædat fulmen , quia illorum phantasia , utut sit satis occupata , tamen non observet illum motum ab externo sonitu in organo sensorio excitatum , eumque ita mens nostra non percipit. Curari tamen posse affirmat P. ZACCHIAS. *quest. med. xv. l. 2. f. 1. p. 40. §. 8.* exemplo avunculi , qui ibidem asserit fulmine tactos evadere fatuos idque ad longum tempus. Eventus tamen curationis ambiguus est propter diversitatem materiæ , quæ si fuerit magna majus spatium quoque requiritur ad illam expellendam. Confer. PARACELUS. *l. f. c. c. VIII. p. 52.* ubi ait *Es ist kein Hiß über diese Hiß und Brand, pergitque dieser Brand ist ein eintringender Brand /*

Brand/ der in ihm selbst ein grosse merckliche Hitze fast/ und hart/ und nicht bald sondern langsam erkaltet / und wo er anhafft / da klebet er starck an. Dann der Schwefel und Niter lassen nicht nach bis sie gar verzehret sind.

Periculosa est illa ab aqua salsa in den Salz-Pfannen/alumine, vitriolo, quæ facile potest inducere atheroma teste PARACELSO *l. f. c. p. 51.*

Sic tremor, dolor dentium potest oriri si in amalgamatione metallorum fiat à mercurio, teste PARACELSO. *l. c.*

An autem in genere tendat ad salutem an ad mortem nobis tradit PARACELSVS. *prælect. de vulneribus p. 568.* ubi ita ait: In varietatibus combustionum id solum est observandum, ut si der Brand Spiritum habeat penetrativum & vel cephalicam vel cordis venam tetigerit & combusserit, tunc illa penetratio tendit ad mortem. Olea, aquæ, ligna &c. So sie heis seind nihil habent in se penetrativi: Sed calor ex Sale nitri proveniens dieselbe Hiz bringt den Todt: nam habet penetrativam vim; Wann aber einer sonst von Hitze des Feuers stürbe / daß kombt vel auß dem siden des Geblüts welches mit ihm bringt einen paroxysmum febrilem, vel auß dem verdorren / daß das Blut verdorret und Durst hernach folget / und so einer drauff tråncke/ mortem affert; haftenus PARACELSVS.

CAPVT VIII.

DE METHODO MEDENDI ATQVE CVRATIONE.

Aggredimur jam ipsam methodum medendi quæ juxta speciem combustionis instituitur.

Occurrit primo præservatoria indicatio, quæ, præprimis apud veteres, ratione fulminis, magnæ fuit æstimationis, ita ut certa quædam vel dextra vel sinistra desu mentes futurarum rerum omina illud adorarent atque forte metu percussi certa quædam invenirent, quibus se tutos esse putabant si essent muniti. v. HALICARNASS. *l. 2. antiq. Rom. p. m. 114.* Inter quæ sunt, ut. PLIN. *l. 2. c. 55. & l. xv. c. 30.* habet, Jaurus ob varias ejus exhalationes fulmina dissipantes, unde etiam turpis-

simus Imperatorum Tiberius Nero è lauro gestavit coronam, teste SVE-
TON. in ejus vita c. 69. sed fabulosum puto cum illæ exhalationes non
sint tantæ efficacix ut possint tantam exhalationum copiam à se arcere.
Alii pavidi vituli marini pellem super caput ponunt, alii aquilam ob Jo-
vis armigerum servant ejusque lapidem, sed omnia fabulosa, super-
stitiosa immo irrita adversus altitonantis Dei iram. Quod etiam affir-
mat *CARDAN. l. 2. subtil. p. 33. & l. 7. p. 164.* qui ait: Ergo certum
est contra fulgura auxilium profundis spcubus se abdere: Tutius enim
hoc quam vel lauro coronari aut vituli marini pelle tegi aut aquilæ aut
hyacinthum lapidem gestare; nam negant hæc fulmine tangi: conclu-
dimus ergo indicationem hanc esse vanam, cum ubique præsens sit
terrarum ac cælorum Dominus ejusque dextra atque damnamus nimi-
am hominum superstitionem. Missa quoque hic facimus illorum in-
postorum, *Derer Feuer- Gresser* arcana atque experimenta, quibus se
muniunt, ut sine damno manibus possint tractare ignem, utut mo-
dum nobis tradat *PLIN. l. 29. c. 3. Schwendter in seinen Erquick-*
stunden,

Majoris momenti est indicatio curatoria, quæ consistit in hoc
ut empyreuma suffocetur, resolvatur aut dissipetur, dolor ac sympto-
mata mitigentur, vulnus consolidetur ac cicatrix inducatur haud de-
formis. Sic quoque nobis tradit *BERTAPALIA. chirurg. tr. 2. de*
vulner. c. c. 19. ubi ait: Sed quantum ad universalem curam duæ inten-
tiones concurrunt. Prima est prohibere vesicationem, hoc fiat principio
secunda intentio rectificare quantum potes illud quod est combustum.
Omnes autem medicinæ quæ sunt necessariae in prohibitione vesicatio-
nis, oportet ut sint in frigidantes absque morsuncula. Ad secundam
intentionem s. ad curandum illud quod est combustum necesse est, u-
ti medicinis in quibus est extersio quædam cum exsiccatione competen-
ti, ita quæ non mordicent, sed sint temperata in caliditate & frigidita-
te, & quando indigent regimine utroque simul regatur cum removen-
tibus malam complexionem prius. Hæc autem curatio differt ratione
causæ ac variarum circumstantiarum, uti etiam affirmat *PARACEL-*
SUS chir. magn. l. 1. tract. 3. c. vi. ubi ait: *Erstlich sollend ihr wissen*
ein Unterscheid in Brand / daß ihr mancherley art seind / nicht zu
gleich zu heylen auff ein weg: dan zu gleicher weis wie ihr sehend daß
ein ding daß in ein Glas verschlossen ist und vermacht / so es an die
Sonnen gestelt wird / so empfacht es ein ander Wesen an sich davon
der

der Hitze des Feuers vom Holze / auch vom Feuer / ein ander Wesen
 so es von Kohlen ist / ein anders so es von Schwefel ist / darum so ist
 auch hier ein ander Ort / was von Feuer des Holzes verbrennet wird /
 und einander Art was von Milch / Wasser / Brandwein &c. wird ; ein
 ander Art von Wetter / Donner / Büchsenpulver und Schwefel &c. qui
 etiã c. VII. l. c. ait differre curationem combustionum à metallis factarum quia
 singula non secus ac morsus canis rabidi in se continent venenũ latens atq;
 occultũ, ex cõmuni auctorũ errore affirmantiũ metalla omnia esse venenata
 atq; toto genere naturæ contraria, sed puto illud absolute verum non esse
 cum nullum inveniamus venenum si generationem illorũ inspicimus atq;
 principia prima , immo jam generata cruda variis profunt in malis :
 Sic ex illorum hypothesi, mihi tn. falsa, aurum calidum nativum , cor
 coroborat, & ideo conficiunt etiam aurum vitæ, tincturam auri, ejusque Q.
 E. sed incerta, immo nequid superstitioni deficit, annulos gestant aureos
 in sinistra manus digito annulari, aurum cum carne coquunt atque ex
 aureis poculis bibunt. Sed fabulæ: Plumbum in profluvio seminis lum-
 bis impositum prodest : prodest squama ferri in exsiccatione achorum,
 ut taceam egregios ac satis notos metallorum usus in thermis. v. *NOES-
 LER. disp. de metall. Altorf. 1649. §. 35.* Ex alia tn. ratione negat
 differentiam metallorum observandam in curatione *FABRIT. de combust.*
c. 2. qui ait: Nil facit ad curationem differentia metallorum cum eadem
 sit plumbi ac auri candentis neque ideo peculiarem requirunt metho-
 dum. Verum ut ut verum sit ignem agere in auro ut in plumbo, malim
 tamen stare à partibus Paracelli, non quidem quod affirmem adesse
 venenum , sed potius quia particularum structura, figura, motus, si-
 tus, magnitudo variorum metallorum ignitorum varia est, ideo etiam
 variandam illam esse judico Experimur hoc si nobis obvenit curanda
 combustio à stanno liquefacto, certe gravior illa erit quam plumbi,
 quia partes stanni exteriores inæqualiter prominent, unde carnem dum
 attingunt louge profundiorẽ combustionem efficient sensumque mo-
 lestissimum. Manet itaque generalis indicatio, attamen speciales in præ-
 scriptione atque applicatione medicamentorum est observanda. Consi-
 derabimus igitur penitus atque specialius jam dicta & quidem primo
 ignis potentialis dein actualis species.

Aqua forti si quis combustus sit non in conveniens erit, si
 primo ipsum ardorem restinguamus dein vomitorio ejiciamus aquam
 consolidantibus ac confortantibus non neglectis. Si interna est ad
 ardorem

ardorem restinguendum proderit mucilag. sem. psyll. cydon. cum
 crystall. monta. ʒß lap. 69. bol. arm. &c. quæ imbibunt atque re-
 frigerant, refrigerato corpore possumus dare aliquot granula tartar
 emet. M. ut evacuetur, post super addito corporis jusculo cum cry-
 stallo, succu limonum recenti, syrupo de symphyto Fern. aliisque
 de quibus videri potest HENR. ab HEER. *obs.* xvi. p. 202. Si vero ex-
 ternè accidit, primo prospiciendum est ut auferatur corrosio, quod
 potest fieri aquis refrigerantibus, uti aqua. nymphææ, solani, sper-
 mat. ranar item butyro Hni & aliis quæ particulas illas acutas ac
 pungentes possunt infringere. PARACELS. *L. 1. chirurg. magn.* 17. 3. c.
 viii. ait: aber zu dem Scheidwasser thu ihm also / nim Schmalz
 lb. j. Nußöl lbß. Hirzen Unschlicht lbß. Rindermarck lb. i. vierteil
 zerlaß diese stück und lösch es ab mit Seeblumen-wasser zum vierten
 oder mehr mahl / schlag und floss es zu einer Salben / damit bind/
 bist du den Brand nimst / darnach so bind allein mit Wundöl und ein
 stichpflaster darauff / so wird sein eken / Fressen und corrosifische Art
 heraus gezogen und genommen / und also wohl und sauber geheilet.
 Sic quoque curavit Chymistam ab aqua forti combustum solo oleo
 lini atque cremore lactis MÜNDNER. in seiner Kriegs-Ärztney. p. m.
 361. Simili fere modo agimus si ustio sit à spiritu vini, interne appli-
 catis imbibentibus, refrigerantibus ac consolidantibus supra lauda-
 tis atque opiatis ex mithridatio, balsamo Peruviano aliisque intror-
 sum sumtis vel extra initar epithematis aut inunctionis appositis. v.
 HENR. ab HEER. *obs.* 17. p. m. 217.

Si autem fit ab ipso igne actuali primo videndum quo in gradu
 & qua in parte sit, juxta quæ variat curatio. Si in cute hæret pro-
 sunt ad empyreuma educendum cœpa cruda, sal, sapo venetus ex-
 pressus cum oleo rosaceo & amygdalarum dulcium. Optimum au-
 xilium esse ait PANAROLLVS *pentacost.* 2. *obs.* 22. lutum
 sup impositum, illudque ut fiat celerrime ac semper humidum
 applicandem suadet. Pustulæ ne oriantur applicandus liquor salsus
 in doliolis butyri saliti, Butterfässern / repertus, ut & aqua marina
 vel salsa, sapo niger mollis, mel, butyrum, decoctum raparum
 uti suadet CARDILVC. *prax. chim. Hartm.* e. 1062. Sic egregie
 valet oxalme Heringlacte aut muria brasicæ capitata Sauergraut-
 brühe / præprimis si conquassetur cum oleo lini in lacte virginis
 item

item atramentum sutorium *Schusterschwärz*. Non inconueniens quoque est si vaccinum stercus parum tostum cum oleo lini atque cre- more lactis applicatur; egregie enim pustulas prohibet atque ob sulfur anodynum dolorem lenit. Sic quoque empyreuma evocatur si inlevi combustione membrum admoveamus igni, quod accidere pu- tat *VALESCVS de TARANTA. philon. l. 7. c. 4. p. 201.* quia poros oc- clusos recludit. Sed ego credo id unice dependere à pulsione, dum nimirum particulæ antea impulsæ & continuum solventes ab aliis in- gredientibus retropelluntur atque simul empyreuma. Potest hic inci- denter institui quæstio an illud absolute verum contraria contrariis ca- rari, cum tamen hic videatur fieri per similia? sed respondemus, utut ignis ratione suæ naturæ hic non differat, attamen esse diversum gradu & ita tamen contrarium. Sunt quoque nonnulli qui admo- vent tam actualia quam potentialia caustica, sed propter summum do- lorem non possunt admitti, testatur tamen *FABER. chir. spagir. c. 18. p. m. 146.* hoc in corporibus euchymis feliciter succedere, nunquam vero in cacochymicis, quia ulcera cæcoëthea & disepulotica efficit. Immo sunt nonnulli ad contrarium extremitatis accurrunt ad aquam gelidam glaciei & nivis, uti *FABER. l. c. SEVERIN. chirurg. trimem- br. p. m. 126. PARACELS. l. c. f.* sed periculosum hoc est propter subitam mutationem, immo Herpes potest exinde oriri, uti in juvene, cui totam tibiam in pede usque ad coxam invaserat, observavit *FA- BRIT. C. 1. obs. 99.* qui quoque gravissima mala vidit *ibid. obs. 95.* at- que ab aëre frigido incaute ad combustionem admissio. *IDEM C. IV. obs. 39. QVERCETAN. selopet. c. v. p. 83.* quia magis partibus em- pyreuma infigunt, consentiente *CARDILVC. prax. p. 1062.* ubi ait: Cavendum ne initio talia applicentur quæ frigida & humida qualita- te prædita calorem restinguunt: reperiunt enim ardorem & intror- sum in corpus eum repellunt gravioraque reddunt symptomata. In- de etiam suadet si sunt frigida medicamenta ut applicentur tepide. *FOREST. l. 2. obs. chirurg. 18. GORDON. in. lilio. med. particul. 1. c. 29.* Omni modo autem sunt hoc in gradu prohibendæ pustulæ, quod præstant partim jam dicta partim & alia ab auctoribus data: sic laudat *FOREST. l. 2. obs. chir. 16. p. m. 192.* terram cimoliam, chiam, creticam cum aceto non acri. Prodest ovum crudum, lachryma thuris, oleum olivarum, fel taurinum, bulbi lil. alborum: hyacin- th. narciss. in scholio. Commendat quoque succum solatri, endi- viæ, por-

vix, portulac. *BRUNVS. chirurg. parv. c. 22.* sic laudat semen portulac cum polenta & sale *PLIN. l. xx. c. xx. hist. nat.* atque ovum *IDEM. l. 29. c. 3.* Insigniter quoque prodesse hic gluten extergoribus bouum, candidum: ait *FERNEL. meth. med. l. vi. c. 20.* Cæpas observavit prodesse *PAREVS. l. x. chir. p. m. 244.* Sic quoque olivarum salsarum aquam aut olivas salsas cum polenta contritas aut fel taurinum suadet *P. ÆGINETA. l. 3. c. xi.* Immo salgemmæ commixtum cum oleo si ponitur super locum combustum, non finit illum vesicari ait *SAVANAROLA. pract. maj. tract. 2. c. vi. rubr. 14.* Oxycratum commendat cum terra levi commistum *SEVERIN. chirurg. trimembr. p. 172. Confer. BERTAPALIA chir. tract. 2. de vulner. c. 19.* Convenit quoque vinum calidum cum multo sale linteis applicatum. His ita præmissis potest dein adhiberi unguent. ex cremore calc. viv. & crem. lact. Propræstantissimo habetur oleum olivarum p. iij. cum album. ovi. p. ij. conquassentur exacte, pars sæpe illinatur cum pluma nec multum tegatur aut constringatur; prodest quoque vinum cydoniatum, sambuci cortex, caltha palustris, lardum super candela tostum, cujus pinguedo aqua frigida excepta atque conquassata egregie valet atque commendat *PARACELS. l. c. & CARDILVC. l. c. f.* Composita ex Pharmacia profunt acetum destillatum cum lythargyrio ad dulcedinem coctum vel infusum in oleum ℥, quod paratur ex pulvere min. ℥ affuso aceto digeritur ad perfectam dulcedinem sæpius movendo, aqua abstrahitur ad oleositatem, huic potest addi pauxillum salis aut aut camphoræ. Alii probant sequens
 ℞. Vini Rhenan. ℥vj. calc. viv. ℥iiij. coque ad siccitatem ℞. hujus calc. extinct. ℥ss. butyri recentis non salit, in quo anguilla tosta, super aquam frigidam effusi, olei lini ā ℥ss. camphoræ in Spirit. vini solutæ ℥iiij. m. s. prounguento. mit blauem Papier auffgelegt. vel etiam sequens. ℞. succ. althææ ℥iij. ol. sambuc. ℥j. Alum. crud. ℥ij. coq. ad spissitud. adde parum ceræ. Hoc unguento utuntur agyræ quando manus volunt ℥ fuso superfundere. Postquam ita hæc fuerit sublata ad consolidandum illinatur unguent. alb. vel ex lythargyro. & cerussa, cum oleo olivarum, vel oleo ovorum, super imposito emplastro mundificante, quale est gryseum Fel. Würtz. Ex supra dictis possunt etiam sparadrapa fieri, utpote ex sebo cerv. ol. rosar. sambuc. lini, pingued. lardi. atque cera &c. *DORNCREIL.* in se ipso laudat expertum unguent. sequens. in *Empirie. STOKERI. l. 2.*

ci 13. p. m. 213. R. butyri recent. extracti in lacte non salito q. v. co-
quatur cum stercore anseris postea coletur super aqua frigida munda,
clara, dulci, deinde iterum dissolvatur & infundatur super aqua fri-
gida ut prius, quanto plus hoc fit, tanto major erit virtus illius, ul-
timo lavetur cum aqua rosatum, liniatur cum eo locus, statim se-
dat dolorem ab ambustione. Sexcenta alia possunt proferri, cum
vix inveniatur anicula quæ non singulare possidet experimentum,
idque etiam empyrica methodo applicatur nulla ratione adhibita ad
circumstantias varias, unde sæpe tanta mala.

In gradu secundo si pustulæ adsunt, statim illas aperiendas cen-
seo, quia aqua in illis contenta fervida atque acris est, quæ dum stag-
nat putrescit, uti etiam affirmat FABRIT. *de combust. c. iv.* contra-
rium tamen statuit BARBETT. *chirurg. p. 2. l. 3. c. vi. p. 206.* ubi ait.
pustulæ si adsint, nec tamen ambustio magna, tertio demum die a-
periantur, non vero diutius apertio protrahenda, ne corruptio se-
quatur. Commendat hoc in passu ungent. Hi. BRVNVS. *chirurg.*
parv. c. 22. atque emollientia post apertionem forficibus factam ex
lil. alb. althæa, fœnugræc. &c. postea defensiva atque adstringentia
FERNEL. *meth. med. l. vi. c. 20.* dein consolidandum vulnus v. VA-
LES. *d. de TARANTA. c. 23.* crusta vel eschara adsit illa incidenda ac
leniter separanda, si non potest fieri in tota parte fiat diversis in locis,
ut ita aqua subtus contenta queat effluere; Ut etiam aliquo modo
impediatur affluxus humorum possunt applicari defensiva adstringentia
c. g. ex myrrha, aloë, sang. dracon. sangu. hominis rufi, bolo ar-
mena, &c. nisi hæc impediunt arteriæ aut venæ ab igne jam con-
tractæ, ne major fiat contractio.

Si ad nervos usque pertingat summa cautela est opus in remo-
venta eschara, & antea applicentur emollientia:

Si in oculo est ambustio imprimis ratio est habenda doloris &
affluxus humorum per defensiva fronti & temporibus applicata inci-
sis pustulis, dein instilletur lac muliebre sæpius tamen mutatum
quia facile acescit, aqua rosarum, mucilag. sem. cydon. fœni-
græc. crocus, Δ euphras, atque vulgo dicta ophthalmica. A. narco-
ticis tamen abstinendum esse ait. FABRIT. *de combust. c. ix.* nisi
summus adsit dolor, quia illa propter summam frigiditatem conden-
sant spiritus oculorum, unde visus læditur, Humores si circa oculum
stagnant prodest setaceum ad 3. aut 4. vertebam colli vel fontanella
in bra-

in brachio aut vertice, ut ita derivetur. In pueris tamen fontanellam disuadet FABRIT. *C. 1. obs. 42.* in adultis vero non.

Si accidat, ut combustio fiat in manibus puerorum, semper unus panniculus ponatur inter unum digitum & alium, sitque madefactus unguento populeo, quod laudat AMATVS LVSITANVS *C. IV. curat. med. 54.* vel citrino stuppa connabina admoto quod suadet GORDON. *in lil. med. pract. part. 1. c. 29.*

Si injuncturis statim ob nervosas partes applicanda defensiva eoque potissimum cura dirigenda ut nervi maneant in situ naturali. Vitanda hoc in passu frigida; profunt oleum lumbricor. anethi lil. alb. axung. hum. urfi, gallin. præterea blande sunt applicandæ ferulæ vel ex charta quam vocamus *Papendeckel* / vel ex plûbo confectæ, atque probe observandum ut recte applicentur, alias nervi retrahuntur atque juncturæ incurvantur: hoc si accidat profunt fomenta ex emollientibus ut ita sensim ac sensim possit membrum extendi vel sine vel cum instrumento, quale invenit FABRIT. *de combust.* atque PAREVS. *l. c.* hoc ita peracto curatur ut aliæ combustiones. Dolor cum ob præsentiam nervorum sit omnium maximus potest mitigari lacte muliebri, vaccino, ol. lil. alb. unguent. alabastr. juxta descriptionem LVC. SCHRÖCKII *in not. ad ZWÖLFER. H. calcinat. aliisque.* Confer. DORNCREIL, *experim.* STOCKERI. *l. 2. c. 13. p. 215.*

Si ossa simul sunt ambusta eximantur forcipe; si vero tota pars fuerit adusta ense recidenda, cum à privatione ad habitum non detur regressus.

Si ab aqua fervente ait PARACELSVS *in prælect. de vulnere. p. 568.* So soll man ihn allein löschen / quod sit durch heis zerlassenen Speck in ein kalt Wasser geschütt / laß kalt werden / nim den Speck ab / istß ein unguent für den Brand. item ein Ancken thu ihm auch also mach ihn heis und schütt ihn in ein Wasser. item ein Hiß die heis übergelegt wird löscht auch ein Brand. item Lindwasser hilfft auch. Profunt quoque oleum nucum cera, vitellum ovi crudum cum aqua mixtum. unguent. populeon, farina hordei, fabarum & prædicta fere omnia exceptis oleosis. Sic ex applicatione Spiritus vini in tumore ab aqua fervente facto nonnihil sensit levaminis FABRIT. *C. IV. obs. 93.*

Si à fulmine inprimis abjiciendæ vestes , applicanda iustum-
 gia calida, aromatica, sudor provocandus , partes fovendæ vino
 malvatico , fol. lauri, baccis juniperi, theriaca, & lumbricor.
 balsamo de Tolu, lacte caprillo, alvus tenenda lubrica, ori infundan-
 rur aquæ apoplecticæ, cordiales. Laudantur hoc in passu bezoar-
 dica, pulvis Anglic. externe vero lactis cremor & cerussa à CVM-
 MIO *Ephem. Germ. A. 3. obs. 182.* Lactis tamen noxam hoc in casu
 vesiculis protuberantibus observavit TREVBLER. *Ephem. Germ. A.*
3. obs. 37. D. D. BEZAE ARGENT. MEDICINAM. v. ap. SACHS. in
Schol. A. 2. Ephem. Germ. obs. 37. Brachia & crura fortiter ligentur
 ac asperis fricentur : laudat cucurbitulas, hirudines, incisus prius ve-
 sicis FABRITIVS *de combust. c. 16. p. 73.* A venæ sectione tamen ab-
 stinendum. Eschara potius excidatur scalpello quam emollientibus.
 Cæterum consolidetur ut reliquæ combustiones.

Si à pulvere pyrio pars quædam fuerit combusta & grana re-
 maneant infixæ, illico extrahendus pulvis acu, postea expectandus
 pustularum proventus uti vult QVERCETAN. *in sclopetar. p. m. 100.*
 quia elegantior potest induci cicatrix si pars aliquantulum humida
 sit; Si autem cutis jam sit cicatrice obducta & maculas contraxit
 necessum est denuo ut exulceretur vesicatorio & educetur pulvis,
 post consolidetur admixtis anodynis. Si in oculos fuerit impulsus
 pulvis, abluendi lacte muliebri, aqua rosacea cum croco & aliis su-
 pra dictis. v. FABRIT. *de combust. l. c. f.* Similes beneficio vitello-
 rum ovorum cum oleo raparum curatos legimus ap. FOREST. *l. 2.*
obs. chirurg. 18. Joh. TIENGIUS ap. FOREST. *l. c. in Schol.* mandat par-
 tis submersionem in lacte vaccino recenti. Sic essentiam plumbi
 commendat FABER. *spagir. chirurg. c. 18. p. 117.* Si maculæ ve-
 ro restant fusæ laudatur fel animalium, unguent. citrin. cum balsa-
 mo Peruviano. Optimum ad extinguendum calorem est remedi-
 um pulvis ipse qui cum fluviatilibus cancris contusis applicatus, egre-
 gie valet. Confer. PARACELS. *chirurg. magn. l. f. c.* Prodest quo-
 que oleum ex manubrio ligneo in malleo Fabrorum uti vidit ex præ-
 scripsit Excellent. D. D. PRAESES *A. 4. Ephem. Germ. obs. v.*

Combustionem à Mercurio vivo factam sine aliorum adiutorio
 curavit solo Spirit. vini PARACELS. *l. c. c. VII.* In aliis locum ha-
 bent supra dicta à metallis factis, neutiquam tamen tollo hoc ipso
 sententiam meam, quod nempe adsit differentia curationis in com-
 bustio-

bustionibus à metallis factis; cum enim aurum, stannum; ferrum diversis constant partibus necessario etiam unum quodque ex his dabit peculiarem effectum, qui si naturæ contrarius est, prout erit, debemus nostram curam eo dirigere, ut unicuique conveniat, ratione dosis ac applicationis medicamentorum. Sic quia, aurum gravius urit quam stannum, stannum gravius quam plumbum necessario illa debent esse fortiora.

Superest ut finitis his omnibus cicatricem parti inducamus, quod si ex incititia vel incuria præpostere perficitur, nonnunquam totam formositatem membri, imprimis faciei, corrumpit. Fiunt autem cicatrices, dum ex solutione continui fibræ ac nervi cutis non eo modo, quo fuerant, junguntur, aut contrahuntur vel indurantur, ut accidit à frigidis medicamentis teste *HIPP. s. v. aph. 20.* Hic dependet à siccitate atque igne fibrarum humiditatem absorbente, unde arefcunt. Pro sunt igitur emollientia per totam curam quibus tollitur durities, uti sunt variæ pinguedines, olea predicta, emplastr. de ran cum Q . &c. absoluta dein parte aqua adstringente ex furfuribus pruni *separtly* dictis **PARACELSO** *l. c.* &c. imponi potest lamina plumbea Q inuncta, super imposito fomento emolliente, cutis indurata extendenda, uti fusius proponit **FABRIT.** de *combust. c. 1.* Sequens emplastr, commendat **FOREST.** *l. 2. obs. chirurg. 18. in. schol.* quod etiam habet & mirabile dicit **DORNCREIL.** in *empirica STOKERI. l. 2. c. 13.* R . calc. viv. extinctæ decies Zij . tutiæ Zij . ceræ, olei rosar. ana. q. s. adde album. ovi. Sic quoque **PARACELS.** *pralect. de vulner. cap. de ambust. p. 569.* ait. Der Brand soll geheilet werden / daßer kein masen laß / keine Löcher darauß werden / daß membrum nicht anodynum werd. So es aber durch böse Heilung verderbt were / brauchet diese description R . consol reg. Ziv . serpent. Zij . ol. vitel. ad pond. omn. frat. cataplasma. **Jacobus Carpi** inducebat cicatricem unguent. de cerussa, calce, unguent. Tetrapharmaco. ap. **FOREST.** *l. 6. obs. chir. 26.* Quod si autem vel plethora vel cacochymia difficilem reddat, uti vult **HOLLERIVS** *instit. chirurg. l. 2. c. 4. p. m. 281.* Secunda vena, corpus purgandum. Si cacochymia est in causa, recte faciunt chirurgi si sæpius utantur iis quæ partem firmant atque cacochymiam castigant, utantur præmissis præmittendis decocto lignorum aliisque, cum sarcosis & agglutinatio partium dependeat ab interno principio & ne utquam à vulgo dictis sarcoticis chirurgorum aut illorum emplastris. Hoc poro

porro est observandum, ut fugiamus nimia sicca atque adstringentia, sed semper relinquamus aliqualem humiditatem propter tensionem meliorem cutis quæ sensim ac sensim debet fieri; nisi ulcus sit Chironium ubi paullo fortiora requiruntur, uti sunt hordeum combustum squama æris, pompholix, cadmia, cerussa &c. Confer HOLLER l. c. Camphoram cum sulfure atque aqua fl. fabar. applicatam laudat MOEB. de camphor. p. 101. v. etiam GUID. de CAVLIACO, chirurg. tract. vi. doctrina. II. c. 2. seqq.

Si metus adest gangrænæ & sphaceli prodest sequens ℞. oleum, nucum, papav. rhoead. ā ʒij m. applicetur calide. commendat Hartman. prax. balsam. sulfuris Rulandi, utque necrosis impediatur, commendatur spuma cuculi aliis flos cœli Germ. der Sternschuß / cum camphora: ingruente gangræna parsemoriens profunde scarificanda, quæ scarificatio præstat V. S. & sanguisugis, postea valnuscula eluenda sunt diaphoreticis & discutientibus acrioribus quæ saniem evocant non præter missis confortantibus.

Si abiit in fistulam egregie valet butyrum antimonii rubrum vel lini destillat. salis ex capite mortuo Vitrioli ā q. s. m. digere per octiduum postea destilla per arenam ℞ hujus olei destillati libram semis sal. ex capite mortuo, aquæ fortis ā. ʒʒ m. digere fiat unguentum

Remedia plura ex tribus regnis ut & composita qui velit adeat PLIN. hist. nat. l. xx. c. 20. & 21. l. xxiii. c. 16. l. xxi. c. 23. & 19. l. xxii. c. 22. l. xxiv. c. 10. & infinitis aliis in locis. PARACELS. l. I. chirurg. magn. tr. 3. c. x. p. 53. DORNCREIL. in empirica STOKERI. l. 2. c. xxiii. MVNDRER Kriegsartney. p. 360. HOLLER. inst. chirurg. l. 2. c. 4. p. 287. MOEB. de camphora. p. 100. GORDON. lil. med. part. 1. c. 29. AEGINETA. l. 3. xi. SAVANAROLA. tract. 2. c. iv. rubr. 14. MARSCHALK. Chimischer Werckschuel. p. 3. c. 26. QVERCETAN. sclopet c. v. p. 84. & 144. 148. 155. SEVERIN. trimembri. chirurg. p. 258. pentecost. 3. obs. 22. BERTAPALIA chirurg. tr. 2. de vuln. c. 19. FOREST. l. 31. obs. viij.

Dietam quod spectat variat illa prout magnitudo morbi & symptomata variant. Sic in genere utatur victu tenui sed laudabili, ita ut eo facilior possit procedere sarcosis, illaque refrigerante & humectante, uti vult FABRITIUS. l. f. c. Si in oculo est combustio suadet ptisanam vinum album ac herbas refrigerantes, cum quo consentit GORDON. in lil. med. partic. 1. c. 29. Hic quoque convenit fulmine

fulmine tactis admixtis cordialibus. Aerem frigidiorē incaute admissum mala varia posse inducere demonstrat FABRIT. C. iv. *obs. 93.* quare etiam multa vulnera variis in regionibus ob cœli injuriam fiunt cacoëthica: Sit igitur temperatus, cum etiam si nimium sit calidus vulnus facile putrescat. Vigiliæ si adsint nimix à spiritibus maxime mobilibus, somnus provocandus vel epithemate aliquo ex sem. 4. frigidis majoribus. sem. papav. rhæad. nucl. persic. Aqua solani, endiviæ &c. vel emulsione refrigerante ex imbibentibus, frigidioribus, confortantibus. Hoc tamen animadvertendum ut prohibeatur etiam nimius somnus spiritus torpesciens atque ita cacoëthiam corpori inducens. Moderata sint animi pathemata. Confer. SEVERIN. *trimembr. chirurg.* ubi plura de diætâ vulneratorum.

Atque ita finem imponimus. Deo omnipotenti sit laus & gloria, in cujus honorem omnia cedant feliciter!

Ad implendam paginam

I.

Pilulas Francofurtenses caput purgare absque ratione statuitur,

II.

Fetus in utero semper vivit; hinc cadit distinctio illa inter fetum in utero vita præditum & nondum vivum, ac propterea semper homicidium patrat qui abortum procurat.

III.

Partus septimestris æque vitalis ac octimestris & vice versa,

IV.

Frigore comburi egregie quidem cum Q. Curtio latine dicimus ast non physice.

GEOR-

GEORGIUS FRANCUS

NOBIL. ATQ; CLmo

JOH. DANIELI GEIERO

SVO

ARTIS MEDICINAE CANDIDATO
EXCELLENTI

S. D.

H τῆ πυρὸς φύσις ἰδιαιτέας ἔχει δυνάμεις τῶν, ἀπλῶν, ingeniose
sapiantissimus THEOPHRASTVS *Eresius* in fronte l. π. πυρὸς,
hoc est interprete *Adr. TURNEBO* : IGNIS NATVRA
OMNIVM SIMPLICIVM SINGVLARIBVSMAXIME PECV-
LIARIBVSQ; POTESTATIBVS PRAEDITA EST. Et antea
hujus προσηγητικὸς Magnus COVS, conditor nostræ professionis (uti
eum vocat SCRIBON. *Larg. in Epist. ad C. Jul. Callist. p. m. 3.*) l. I.
π. διαίτης f. m. 8. τὰ ζῶα τάτε ἄλλα πάντα καὶ τὸν ἄνθρωπον; *animantia*
& alia omnia; atque ipsum hominem IGNE atque AQVA constare
lanxerat. Verum accidit IGNI, quod optimis rebus si, in abusum ra-
pianitur, ut ex optimo fiat pessimus. PROBAS hoc πολυδιδάκτως,
CANDIDATE EGREGIE, eleganti hoc specimine inaugurali; de
quo non possum non Tibi meritissimo congratulari. Nec poteras no-
bili hac excidere messe; quippe qui egregie sementem fecisti, egre-
gie honores his studiis condignos metis. Novi jam ab aliquot annis assi-
dum Tuum studium; novi ardorem haut vulgarem;


• Igneus est olli vigor, & cœlestis origo.

Sedulus naturæ indagator lateri adhærebas meo; quando cultro Ana-
tomico cadavera humana perscrutabar. Indefessus eras comes; quan-
do per amænissimos montes, convalles & locos πολυχρήστους venabar
plantas. Sollers auditor ab ore pependisti meo & publice & pri-
vatim

vatim : Fervidum ingenium in arena disputantium usque non impiger athleta contestatus es, inde nobilem Tibi comparasti scientiam ; quæ non nisi *ἱεροῖσι ἀνθρώποισι* (uti appellat HIPPOCRATES *in Νόμῳ*) idest, **sacris hominibus** demonstratur. Faxit DEVS ter O. M. ut laudabiles hi Tui conatus in conditoris gloriam, proximi salutem ; Familiæ CLINÆ splendorem ; Tuumque vergant commodum ! Concludo

IGNE Tuo clare, sacer & Te dirigat IGNIS
IGNEM orei fugias, Te beet IGNE DEVS !

Hæc e museo meo *ὡς ταχιστα* xxiv. April. clō Ioc LXXXI.



Sonnet.

Das meines Bruders Geist sich feurig vorgethan
Wird dieser blätter Schrift zu gnüge können zeigen /
Dann kein geringer Stral kan auß der Sonne steigen /
Auch sieht man jeden Stern nicht für die Sonne an /
Die weil ein irrend Licht vor steten Glanz muß schweigen.

Das meines bruders Geist kompt feurig auff die Bahn
Wird jenes Frost und Hiß und Brand und alles beügen.

Wo ich aus einen strahl des feuer fühlen kan.

Wem nur die Wissenschaft ein Licht hat angezündet /
Auch die Erfahrenheit bereits den Lorbeer windet /

Man mess auch auch das feur aus seinem Schatten ab
Der Himmel wird Dir schon glück und auch lieb verkünden
Mit Dir soll Tyche sich und Amalthée verbinden /

Dann auff den bittern Schweiß erfolgt des Himmels gab.

Auß brüderlicher Zuneigung
glückwünschend gesetzt
von

A. G. Geyer J. U. L.

